

Hoc modo grande,
 Maius *inante*.
 Inde leoni
 15 Hor¹ turba,
 Turba pilosa,
 Quod lupo iste
 Sit cruce dignus,
 Suggestit omnis.
 20 Omnia legem,
 Omnia regem
 Monstra precantur.
 Hoc modo iuste,
 Iustius unde.
 25 Hec leo postquam
 Fervidus audit,
 Ante kalendas
 Omnia regna
 Mandat adesse.
 30 Scriba camelus
 Annotat ista
 Tempora velox
 Atque calente
 Omnia cetera
 35 Addocet omnes.
 Hoc modo iuste,
 Iustius unde.
 Tempore dicto
 Agmen agreste
 40 Confluit, ecce!
 Scola paludum
 Currit in unum
 Atque tributim
 Atria circum
 45 Magna leonis,
 Utpote regis,
 Castra requirunt.
 Montibus ortus
 Advenit orcus,
 50 Ianitor aulae²
 Lege parentum.

Quam bene custos
 Orcus et ultor.
 Namque poetis
 55 Si bene credis,
 Non sibi vecte,
 Non opus ense:
 Moenia solus
 Servat³ et hostes

Spalte 5.

Zeile 1. 2. fehlen.

Mu . . ra f . rte
 is ex
 5 t nus
 6—9 unlesbar.
 10 . . od . t
 11.
 R s e
 Fur . . os
 V . . . co o
 15 Aut
 Pr . . o
 bo
 a . regi
 Efferus ursus,
 20 Grandis ut alter⁴
 Mons palearum,
 Rupibus imis
 Advenit, orbis
 Una columna,
 25 Compatre fauno
 Nunc saliendo,
 Nunc recinendo.
 Et 'Lupe', clamat,
 'Impie! nostrum
 30 Redde parentem.
 Redde tonantem
 Sicut olorem
 Et simulantem
 Presbiteronta

1) 'Horrida'. 2) Hor. Carm. III. 11, 16: 'Cessit inmanis tibi blandienti Ianitor aulae'; Verg. Aen. VIII, 296: 'ianitor orci'. v. W.
 3) Verg. Aen. XI, 506: 'moenia serva'. Der folgende Vers 1 der 5. Sp. mag 'inde propellit' gelautet haben. v. W. 4) 'alt' cod.